

## Universitätsbibliothek Paderborn


**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius  
Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Vigesimum secundum. De surdo restituto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**A**testes huius tam illustris Miraculi producit, præter loci incolas, Henricum Decanum Ruralem Christianitatis (ut arbitror) Tolbiacensis, huic enim Decanatu illa subest Parœcia. Trahit ex illa nomen, quæ pago dominatur, familia insignibus priori & hodierno sæculo viris illustris; è quibus Ioannes à Flatten Præpositus Aquisgraniensis, Cranenburgicus, & Carpensis, cōsiliarius VVilhelmi Iuliæ Ducis &c. notissimus prodijt, cui in eadem dignitate surrogatus fuit Henricus à Vlatten.



Flatten.

### Caput Vigesimum secundum.

*De Surdo restituto.*

**E**ST pagus VWestphaliæ Vlicdorp, in quo erat quidam ex multo iam tempore surdus. Pro eo vxor quotidiè orabat martyrem ENGELBERTVM, addito etiam voto, si sanaretur, aditrum eum locum cædis eius nudis pedibus & sine linceis vestibus, ibique oblationes suas daturum. Eo voto suscepit, ait surdus: Audio pulsari ad Missas. Stupet Vide vori efficaciam in surdi curatione. vxor, dicitque ad eum? Audis etiam me loquentem. Audio, inquit, imò verò nunquam mihi antehac melius audisse video. Itaque gratias agens Deo & martyri ENGELBERTO, abiit in Giuelsberg, ubi cæsus est martyr, & vota persoluit.

### Notatio ad Caput Vigesimum secundum.

#### S. Stupet vxor.

**I**N manuscript. habetur: *Audio pulsari ad missam; illa stupente de verbi nouitate, protinus adiecit: audio etiam vocem galli nostri*